

**2964** Lavernai pocolom (*puer alatus d. ramum, s. pateram tenens*).

*In patera fictili nigra, Hortae rep., nunc Romae (I 47 delineavit Ritschl tab. X fig. e).*

**2965** Me[nervae] vel Me[rcuri] pocolom].

*In fragmento patereae similis, litteris lutei coloris, Romae in Esquiliis rep. (XV 6187 = Ann. inst. arch. 1880 tab. R fig. 6 delineavit Dressel).*

**2966** Saeturni pocolom.

*In urceo fictili, incertae originis, servabatur Romae (I 48 delineavit Ritschl tab. X fig. a).*

**2967** Salutes pocolom (*puer alatus tibiis canens*).

*In patera nigra, Hortae rep., nunc Romae (I 49 delineavit Ritschl tab. X fig. f).*

**2968** Vesta<sup>1</sup> pocolo.

*In fragmento urcei striati, Lanuvii rep., est in museo Britannico (delineavit Pascal Notizie degli scavi 1895 p. 45; cf. Jahrb. des archaeol. Instituts 1897 p. 195). — 1) Vestai Jahrb.*

**2969** Volcani pocolom (*puer alatus unguentarium ut videtur tenens, ante eum herma barbatus nescio quid in capite gestans*).

*In patera nigra, Tarquinii rep., est Berolini (I 50 delineavit Ritschl tab. X fig. e; cf. Iordan ann. inst. 1884 p. 558).*

**2970** Apolenei.

**2971** Fide.

**2972** Iunone.

**2973** Iuno Lo|ucina<sup>1</sup>.

**2974** Mat. M|atut.

**2975** Salute.

**2976** Dei. Mari|ca<sup>2</sup>.

**2977** Deiv. [N]o[v]e sede<sup>3</sup> | P.<sup>4</sup> Popao Pop.<sup>5</sup> f.

**2978** Cesula | Atilia | donu | da[t] Diane.

**2979** Feronia | Sta. Tetio<sup>6</sup> | dede.

**2980** Iunone reg.<sup>7</sup> | matrona | Pisaurese<sup>8</sup> | dono dedrot.

**2981** Matre | Matuta | dono dedro | matrōna. | M'. Curia, | Pola Livia | deda<sup>9</sup>.

**2982** .... | Nomelia | dede.

**2983** Lebro<sup>10</sup>.

*Prope Pisaurum rep., cippi pyramidum similes supra truncarum (I 167—180. XI 6290—6303 vidit Bormann; delineavit Ritschl tab. XLIII. XLIV). Titulos n. 2970—2973, in quibus nuda deorum nomina sunt, paullo antiquiores reliquis putat Bormann. — 1) Quattuor postremae litterae in latere lapidis (similiter etiam in N. 2974. 2976. 2977 singuli versus in latus lapidis excurrunt). — 2) Deiva Marica (deam hanc memorant Verg. Aen. 7, 47 aliisque). — 3) Divos Novesedes agnoscit Mommsen (prima et tertia littera in lapide non agnoscuntur; punctum ante sede certum est). Esos Novesede pesco pacre est in tabella Marsica quam ediderunt Mommsen unterital. Dial. p. 529 et Zvetaeff inscr. Ital. med. dialectic. tab. VI 5. Praeterea cf. de diis Novensidibus sive ut plerumque dicebantur novensilibus*